Loquatur opponens.



Circa octo libros phisicorū Aristotelis

Querit primo Utrum circa entia naturalia generabilia et corruptibilia: haberi possit propria dicta scientia Ista questio ꝓbat et improbat. Probatur pro parte affirmatiua ex his que dicūt Aristoteles sanctus Thomas et Auerrois circa principiū primi libri phisicorum. quia glorios⁹ peripatheticoꝝ dux Aristoteles sermone et opere sibi ꝑsonus cupiens suis auditoribus naturalis phie scientiā referare a libro phisicorū sumpsit exordiū. In cuius prohemio expresse dicit esse scientiam de natura: hoc est de rebus naturalibus. Qꝫ ait ista notitia sit scientia ꝓprie dicta. patet qꝫ scientia est habitus veridicus. sexto Ethicoꝝ. et nō sunt nisi quinq; habitus veridici. scz sapientia. intellectus. scientia. prudentia ⁊ ars. sed ista notitia nō est sapientia nec intellectus nec prudentia nec ars. vt facile ꝓbari posset ex diffinitionib⁹ illoꝝ habituū. ergo est scientia ꝓprie dicta. Sed improbat dupliciter. Primo sic. res naturales non sunt intelligibiles. ergo nō erūt scibiles. Tenet ꝑsequētia. quia scientia est habitus intellectualis. sexto ethicoꝝ. Añs ꝓbatur. qꝫ res naturales sunt sensibiles. sed sensibile nō est intelligibile. scdo thopicoꝝ. Etiaz nihil est intelligibile nisi separatū a materia. cū intellect⁹ sit vniuersaliū. sed entia naturalia ꝓcipiūtur cum materia. et sic sunt singularia. ergo de eis nō erit scientia. Secūdo improbat. qꝫ scientia est neccāriorū ꝑpetuorū et impossibiliū aliter se habere. primo posterioꝝ. sed res naturales nō sunt hmōi. vt quibusdā famosis visum est. scz socrati et platoni. sicut recitat ꝓbs primo methaphisice. igit. Et sic ista qstio p vtraq; eius parte tā affirmatiua qꝫ negatiua relinquitur ambigua. quā dissoluēdā offero pcꝫ discreto ac honesto dño baccalario. N. Dñe baccalarie hāc questionē dignemini acceptare ⁊ breuiss⁹ me eam resoluere

Loquatur respondens.

Questio mihi assignata p dñm baccalariū opponentem in phisica est ista. vt supra. Ad quā respōsurus dimissis argumentoꝝ resumptōib⁹ p et ꝓtra qstitū factis restringo ac limito intentum meū ad tres ꝓpones instar syllogismi ordinatas.

Maior. Circa entia naturalia: fm esse qđ cōpetit eis vt hmōi non est proprie dicta scientia. Minor. Scientia ꝓuenit rebus put accipiūtur in suis rōnib⁹: nō tñ frustrat intellectus a cognitione earū quo ad id qđ eis ꝓuenit exterius. Conclusio. Igit de reb⁹ naturalibus generabilib⁹ ⁊ corruptibilib⁹ tradi possūt vere scientie: put accipiūtur in sua ꝓpria rōne

Maior patz. qꝫ entia naturalia fm qꝫ hmōi possunt aliter se hꝫe et hñt ꝓtingētiā. scz scia ē neccāriorū ⁊ ipossibiliū aliter se habere. Nota tñ pro ampliori declaratione maioris qꝫ res naturales possunt ꝓsiderari dupliciter qtū ad ꝓpositum sufficit. vno mō fm esse qđ ꝓpetit eis extra aīam in rerū natura. et sic de eis non est scientia vt dicit maior. Alio mō fm esse qđ habent in suis rōnib⁹. verbi gratia intellectus ꝓcipit naturaz humanā attribuendo sibi ea que eidē fm se ꝓueniūt. vt dicendo hō est aīal. hō est risibilis. In talib⁹ em ꝓsideratiōib⁹ intellectus supse det de ꝓsideratōe esse ipsius qđ habet in re vel in intel/ et sic de eis est scientia. vt patebit infra. Minor habz duo ꝓplera. Primū patz. qꝫ nulla ꝓditio scientie repugnat eis fm istā cōsiderationē. verbi gratia siue tonitruū sit siue nō sit in rerū natura. nihilominus put ipsa natura tonitrui accipit ab intellectu fm suā rōnez. sic sibi cōpetit qꝫ sit sonus fact⁹ in nubib⁹. sicut cōpetit homini ex sua natura qꝫ sit aīal ⁊ rōnalis. Est tñ sciendū qꝫ hunc modū cognitiōis quidā vocāt cognitionē rei in suis ꝑn cipijs vel causis. videlicet si tonitruū non sit in rerū natura fm ꝓprium esse. est tñ in suis causis ⁊ principijs Et fm hoc volūt soluere qꝫ de reb⁹ mobilib⁹ et generabilib⁹ et corruptibilib⁹ possit haberi scientia. Sed hic modus dicendi nō videt ꝓtentare. vt optime declarat magister noster Lambertus in suis copulatis primo phisicorū. Est igit verius dicendū qꝫ ipsa cognitio habet de reb⁹ fm seipsas put habēt esse in actu. vt determinat ꝓbs. ix. methaphisice. qui em habz sciam passionū ipsius qdrati ꝓsiderat ipsum qdratū sub ꝓpria natura. put in natura pt actu ee. et nō put est potētialit in linea. Secōm ꝓplexū sic apparet. qꝫ non solū natura rerū sed etiā ipm eaz esse accipit cōiter et put est abstractū a ꝓditōib⁹ indiuiduātib⁹. vt si dicat elemēta sunt nata seinuicem trāsmutare vel motus est actus entis in potentia. Et sic mobilia sunt imobiliter apud intellectū. et corruptibilia incorruptibiliter. et materialia imaterialiter. ⁊ sic de alijs. Nec tñ est falsitas. qꝫ nō oportz eūdem modum esse qui est ex parte intelligentis et qui est in reb⁹ intellectis Conclusio. sequitur ex pmissis ⁊ maxime ex primo ꝓplexo minoris. Est tñ ꝓsiderādum qꝫ generabile et corruptibile pñt capi dupliciter. vno modo vt sunt ꝑdicata actualia importantia actū. vt generabile dicat illud qđ generat. et corruptibile illud qđ corrūpitur. et sic non debent hic capi. neqꝫ vt sic de eis est scia. Alio mō capiūtur p aptitudinib⁹ vel p respectib⁹ aptitudinalib⁹ ad act⁹ abstrahentib⁹ ab omni existētia actuali. et sic est scientia de reb⁹ naturalib⁹ inqꝫtum generabiles ⁊ corruptibiles. capiendo inqꝫtum nō qdem reduplicatiue. sed specificatiue.

Sequit correlarie primo qꝫ phia naturalis: est vna scientia vel genere vel vnitate subordinatiōis. vt clare patz in copulatis Sequit secūdo qꝫ illa scientia: est speculatiua et nō practica. qꝫ est de reb⁹ causatis a natura. ⁊ non ab ope nostro. sed impossibile est de reb⁹ a natura causa/

ris esse scientiã practicã.qz hmõi res solũ stã a nobis speculabiles Ad rõnes.ad primã dicit.q res naturales in vli sunt intelligibiles.sed in particulari sunt sensibiles

Et qñ dicit nihil est intelligibile nisi separarũ a materia.Dicendũ q verũ est loquendo de materia signata et incõicabiliter accepta.nõ aũt loquẽdo de materia cõi q̃ est altera pars ꝓpositi.qz illa est pars quidditatis rei phice.sicut patz sexto metaphisice.quare nõ impedit intelligibilitatem Ad scõm dicenduz sicut ad primũ.qz res naturales in vniuersali accepte et relate ad suas passiones:abstrahũt a corruptibilitate.sed accepte in particulari et fm esse existentie sunt corruptibiles.id est per se actu corrũpũtur.et sic de eis nõ est scientia.Etiã maior est vera loquẽdo de scibili ꝓpinquo.scz de ꝯclusione.que est necessaria et incorruptibilis ꝓpter incorruptibilem habitudinẽ p̃dicati ad subiectũ. Et iste modus opponẽdi z respondendi seruabit sili modo in posterioribꝫ.

Querit secũdo. Utruz ens mobile sit adequatũ subiectum: totius phie naturalis.et cum hoc libri phisicorũ. Pro parte affirmatiua z vera est sanct⁹ Thomas in cõmento libri phisicor. Preterea illud est subiectũ primũ et adequatũ phie naturalis z etiã libri phisicorũ.licet diuersimode.qđ ꝓplectit omnẽ speciez mobilitatis.sed ens mobile est hmõi et nõ corpus mobile.igit. Minor ꝓbatur.qz materia prima ante formã est mobilis ad formã Etiã angelus fm fidem catholicaz mouetur de loco ad locum.et similiter potẽtia mouet ab obiecto.Siliter accidentia separata a subiectis mouentur.vt patz in sacramento altaris.et tamẽ de illis nõ est verum dicere q sint corpora mobilia.sed entia mobilia Preterea passio habz diffiniri p suũ subiectum.primo posterior.z septimo metaphisice.sed phus diffinit motũ per ens et non p corp⁹. tercio phisicor.igitur. Sed pro parte negatiua et probabiliter falsa.arguit tripliciter. Primo idem nõ est subiectũ totius et partis.sed naturalis phia et liber phisicorum habẽt se sicut pars et totuz.igit non bene habebunt idem subiectũ. Preterea passio debet fluere ex principijs sui subiecti.sed mobilitas nõ fluit ex principijs principijs entis.ergo non est passio entis. Et per ꝓsequens ens mobile nõ erit subiectũ primũ huius scientie. Minor ꝓbatur qz sic omne ens esset mobile. Preterea in tali assignatõe mobile vel esz differentia entis vel modus eius. Si differentia.vel ergo erit differentia essentialis aut accidentalis. Nõ essentialis vt supponit.qz talẽ nõ habz Nec accidentalis.qz als phia naturalis esset subalternata metaphisice. Si modus entis sequeret q phia naturalis esz pars metaphisice.qz eiusdẽ scientie est ꝓsiderare de ente et modis eius

Maior. Querentibꝫ an idẽ sit subiectũ huius libri et totiꝰ phisice:ꝓuenienter respõdet cum q̃dũ distinctiõe. Minor. Subiectũ attributionis alicuiꝰ scie:debet in illa presupponi notorie. Cõclusio. Dico igit ens mobile cẽ subiectũ huius libri et totius naturalis phie: sub alia tñ et alia ratione

Maior pz qz naturalis phia z etiã ens mobile capiũtur dupl̃r.vno mõ capit naturalis phia soluz in sua cõitate.et sic hic ꝓsiderat.z ei⁹ subiectũ vt sic est ens mobile fm se tm̃.Alio mõ cõsiderat naturalis phia nõ solum fm sua generalia.sed etiã fm diuersos spẽales modos q̃ tractantur in diuersis libris. Et sic eius subiectũ nõ ponitur ens mobile in tali generalitate. sed cũ specificatiõibus aliorũ modorũ in libris posteriorib⁹ ꝓsideratorũ. Et sunt in toto octo ptes phie naturalis Prima ꝓsiderat in libro phisicorũ.q̃ versat circa motũ et materiã sensibilem nõ descendendo. Secũda in libro de celo. q̃ descendit ad primã et principalẽ spẽm motus z materie sensibilis. qz ad motũ localẽ z ad mobilia illius motus inuestigando eorũ naturas. Tercia ps cõsiderat in libro de generatiõe qui versat circa alias species motus seu mutationis in in generali nõ descendẽdo ad aliquã spẽm nisi ad transmutationẽ corporũ simplicium ad inuicẽ Et illius libri subiectũ est ens mobile ad formaz.qz hmõi mot⁹ ad aliquã formaz terminant̃. Quarta ps tractat̃.in libro metheororũ.q̃ ꝓsiderat motũ z mutationẽ ad formã mixti imperfecti.sicut sunt pluuia grando z nix. Quinta ꝓsideratur in libro de mineralib⁹.et tractat de mutatiõe mixti pfecti homogenij.scz de generatiõe lapidũ z metallorũ. Et hic liber sub illa intitulatõe nõ est a greco trãslatũ in latinũ. sed tñ in q̃rto metheororũ traditur principia generatõis hmõi mixtorũ. Sexta tractat̃ in libro de aĩalib⁹ et plãtis et ꝓsiderat de generatiõe z corruptõe totaliũ animatorũ que sunt mixta etherogenia. Septima ꝓsiderat̃ in libro de aĩa.qui est in passionib⁹ z ꝓprietatib⁹ partiũ aĩatarũ ex parte aĩe. Octaua tractat̃ in libro de sensu et sensato.et ꝓsiderat de passionib⁹ z ꝓprietatib⁹ aĩatorũ.put se tenent ex parte corporis. Et ad has octo ptes ꝓnoiatas reduc̃it naturalis phie diuisio tanq̃ ad principaliores. et si q̃ alie ab his facte sint additiões.iste ad illas ꝓiũctim vel diuisim reduci possunt. Minor est rõ doctoris sancti q̃si in forma.et ꝓbat̃.qz quelibet scientia ꝓsupponit de suo subiecto qz est z quid est .primo posterior. et ergo nulla scientia pt ꝓbare formalẽ rõnem subiecti de subiecto. qz h̃ faciendo ꝓbat subiectũ. Etiã subiectum debet esse ꝓmo notũ.vt dicit vna particula diffinitiõis subiecti. Conclusio sequtur ex ꝓmissis quo ad ambas eius ptes. Sz q̃ corpus mobile nõ sit subiectũ patz.qz subiectũ debz esse notorie ꝓsuppositũ.sed Arestoteles sexto phisicorũ ꝓbat q̃ oẽ mobile sit corpus qđ repugnat huic.corp⁹ mobile est notorie p̃suppositũ. Et q̃ ꝓbet oẽ mobile esse corpus patz.qz ꝓbat nullũ impartibile seu idiuisibile moueri.ad qđ sequit̃ imediate q̃ omne mobile est partibile. Sicut in simili ad illam.nullũ insensibile est ratiõale. sequit̃ illa imediate.omne rationale est sensibile Ad rõnes. Ad primã quid sit dõm ptz in copulatis. Ad scõam dr q̃ mobilitas nõ fluit ex principijs entis inq̃tũ ens. sed fluit ex principijs entis mobilis.qđ est minus cõe q̃ ens.et magis cõe q̃ corpus. Et eius p̃ncipia non sunt materia forma z p̃uatio.sed aliquid cõius innoiatũ. Est tñ verũ q̃ motus ꝓprie dictus demonstrat̃ de ente mobili p illa p̃ncipia iam noiata. Ad terciũ dõm. q̃ inista assignatione subiecti mobile nõ debet capi vt differentia essentialis vel accidẽtalis.sed debet capi vt dicit moduz entis.q̃ noie entis nõ exprimitur. Et ad improbatiõem dicẽduz fm doctorẽ sanctum in de veritate.materia ꝓma.q̃stione ꝓma.q̃ duplex est modus entis. vnus est modus spẽalis.qui ꝓtrahit ens ad spẽale genus scibile. et loquẽdo de illo nõ est eiusdẽ scientie ꝓsiderare de ente z de modis entis. Aliꝰ ẽ modꝰ entis generalis q̃ ꝓsequit̃ oẽ ens q̃ mõ alia trãscẽdẽtia ab ente dicũt modi entis Et loquẽdo de illo mõ tũc eiꝰdẽ scie ẽ ꝓsiderare de ente z de modis ens